

## OCTAVVS I

Eiusdem Liber Octauus.  
De Astronomia.

VAc dum geruntur: & Deorum sacer Senatus illos numerorum cōcinētium: repugnā-  
tiumq; admirat anfractus ipsamq; foeminā  
quadam uenerabilis excellētiae celsitudine re-  
uerēdam: non cassum parentē superum credi-  
tum recognoscit. Multitudo ē: quae iussa cō-  
fiterat: sapientum praesertimq; Pythagoras  
cum sectatoribus cunctis: Platoq; Timaei sui  
caligosa discriminās arcanis eam laudibus uenerantur. Nupturam  
que Virginem sapius cōspicabunda Pallas: quid superdotalis eru-  
ditione foeminā comprobaret: exquirat: & ipsa nutum admirantis  
affocians. Cyllenius autem nullius magis alumna splendore ac  
luculentia gloriatus: huius se foeminā euehit granditate: Sic Phoe-  
bo diuulae aliam dotalium intromittere remorante: Ne prioris Pro-  
ferae admiratio laboretur: Sacrum paulum fuit: reuerēdamque silē-  
tium. Silletus interea: ut Euan cōsecutus pone uietus atq; accli-  
nis astabat. Seu marcore confectus atatis: siue anxia inter doctae uo-  
cis miracula in eutione comprehensus: an alias poculis turgens.  
Tunc etiam nuptialis gratiae nomine prolectatus inundatis le teme-  
ti infusione proluerat. Iam dudum laxatus in somnos: forte repente  
blandum stertens rante sonitum desorbentis increpuit. Quo terrore  
& rapiduli sonitus raucitate concussi eodem se q̄ plures conuerterē  
dum: Senisq; prostantis somnum atq; humentis crapulae exundatio-  
ne conspectu: risus circūstantium: eo maxime: quo claudebatur ex-  
cussus. Tunc quoniam credita iocos nuptialis licentia non uetare  
famulitium Veneris: uernaculaq; Bromiales tantos cachinnos cō-  
cussis admodum tulere singultibus: ut q̄ plures alios connisos co-  
hibere risum: hoc maxime impetulantis prouersionis sonitum: ef-  
fusi que cachinni licentiam prouocarint. Denique ut semper impa-  
tiens atq; inuerecundis procax ac proteruus assultibus ad eum ala-  
cer Cupido atque hylarus accurrat: atque ut depile rubellumque  
caluitium senex baculum acclinatus affixerat palmae uerbere per-  
crepantis apploso: Eoque sonitu reclamantis risum uelut etiam per-  
missum pene omnibus suscitauit.

## LIBER

Tunc uix Senex reclusis  
 Creperum uidens ocellis  
 Circumspicit ridentes:  
 Ictuque suscitante  
 Stupidum dolens tuetur:  
 Frictuque palmarum  
 Madida detergit ora.  
 Tunc motus increpante  
 Baculum rapit Lyæo:  
 Ac dum mouere gressum  
 Cupit aduocante Lyde.  
 Tandem recepta luce  
 Superum uidet Senatum  
 Percellitur repente:  
 Silicerniumque nutant  
 Tentat celere cursum

Tunc motibus negatis  
 Magis inuolutus astat:  
 Celsimque formidantes  
 Abeunt pedes tremores:  
 Titubansque moliensque:  
 Hæret: redit: recurrit.  
 Tunc uicta palpitanque  
 Turgens cadit senectus.  
 Fit maior inde risus.  
 Nescit modum uoluptas.  
 Donec iubente Baccho  
 Satyrus rapit iacentem:  
 Scapulisque dat supinum:  
 Vuidumque lachi nembre  
 Colloque complicatum:  
 Vt tribus parem reportat.

Hac iocularis licentiæ a lacritate feruente Satyra illa: quæ in eos  
 semper cura habuit informare sensus: Netu ait infelix uel Capel-  
 la: uel quisquis es: non minus sensus quæ nomenis pecudalis huius in  
 congrui risus adiectione desipere uel dementare coepisti. Antædem  
 non dispensas in Iouiali cachinnos te mouisse concilio: ueterum  
 que esse sub diuum Palladiaque censura assimilare quenque uel cerri-  
 tulum garrientem. A quo etiam tempore Cupido uel Satyrus  
 petulantis ausus procacitate dissiliunt. Nempe cum Virgo syde-  
 rea: pulchriorque dotalium in istam uenerabilem curiam: ac Deo-  
 rum uentura conspectus. Apagesis nec post ad hæc iugales ausus  
 lege hymenæia & culpa uelamine licentis obnuberis. Saltem Pri-  
 uæ ausculta nihil grauatæ sententiæ. Et ni  
 Tam tristibus asperisque Satyræ alioquin lepidulæ uerberibus de-  
 mulcatis: cum excusamentis admissi uelut procacis inuolutus tan-  
 dem: quæ puellarum intromittenda paratur: inquiri. Ac sic illa nõ-  
 dum stomacho senescente: quo in me intuebatur: exorsa:

Astrigera iam sedis iter: cursumque polorum:  
 Et sacra multiuagos: qua tollunt sydera flexus:  
 Dicere tempus adest: uideo splendescere pulsa

## OCTAVVS I

Icti corusciferi: quo tunc laquearia caeli  
 Illic bis septem solitus seruire Triones  
 Plaustro hyperborea resplendet luce Bootes.  
 Hinc: qua deuexo tellus subducitur axe:  
 Ignoto Canopos sese infert fulgidus astro:  
 Phoebæos pariter currus: rapidoque meatus:  
 Et totiens uaria flammantia cornua luna.  
 Quin etiam medios: quos nectunt culmina circos  
 Obliquæ & rutulis: quo se rapit orbita signis  
 Cernere iam uideor: tu fingere ludicra præstas.  
 Viliaque astriloqua præfers commenta puella.

Talia adhuc canente Satyra uetitis ille: ac durissime castigat:  
 denuo me riuus inuasit. Euge inq; Satyra me ante poetriam fecit co-  
 lere. Cepisti me Parmisiaci Gurgitis sitire fontes. lam ne fulgores  
 præuades & uultus Deorum! Vbi illud repente discessit: q; irruoria  
 semper: lepidi q; uersuria: Inter infana semper deridebas Varum tu  
 mores Dicabulis cauillantibus: Saleque contenta! Nec minus Poe-  
 turum: Rhetorumque coturno inter lymphatica derelicto. Est q;  
 rapido feruebas cerebrosa motu: ac me Sileni somnū ridetem cenio-  
 rio clangore superciliosior increpabas. Ergo nec figmenta dimoue-  
 am: & nihil leporis: iocique permixti tadium auscultantium recrea-  
 bit. Peligni decætero iuuēis uersiculo respisce: & ni tragicus; corru-  
 garis. Ride si sapias o puella ride. His me Satyraq; mea alterna diu-  
 tula obiurgatione rixatis aliam dotalium Virginum: Delius intro-  
 missurus egreditur. Et ecce Globus quidam lucifatheræ. & cō-  
 caua peripicui ignis aggestio: ut apparebat intra se quandam uirgi-  
 nem claudens miti uertigine sensim uolutus illabitur. Quo candore  
 luminis propinquantis plures irradiati refulser Diui: fatalesque  
 maxime: Quorum et habitus motusque. Et quicquid in his igno-  
 rum credebatur: emicuit. Tunc & ipsa extimi caeli contextio eius-  
 dem lucis fulgorib' reuibravit: Quo miraculo stupefacti acrii: ter-  
 restresque: mariniq; Diui: & si quos clausa telluris operiunt: Aitre-  
 antem que Vranien certe Libyssam apparuisse rati locum confes-  
 sionis honoratissime præbuere. Etece subito prosilit quadam  
 gemmata: nec minus totis artibus decenter oculate. Huic sy-  
 dereus uertex: uibrantesque crines. Verum alæ cum pēnis hyalinis

## LIBER

& uolūtādi per mundū remigia crebrius aurata crispātur. Cessabat in māu cubitalem fulgētēmq; mensuram. In alia libꝛ: in quo praemerata diuum itinera: & curius recursusque syderei cum ipsis pologꝛ cardinibus pranotati ex metallis diuersi coloribus apparebāt. Quae ubi in medium q̄ pluribus sibi diis arridentibus uēit: Cateris pulchritudinem: splēdoremq; eius admirātibus ita cōpit.

Multa admodum ratiōis nec eiuidem despicabilis tenēdaq; conuaitu me: si qua sunt industria nra opera: conuenerat reticere. Haec enim uerecūda arbitror ꝑbitatis motꝛ: cursusque ꝑꝑrios ipsis edisserere. Qui mouentur docereq; deos uelle quod faciunt. Tum ē qꝛ ꝑꝑer immensa spacia saeculorum: neꝛ fana loquacitate uulgarer a gyptiorum clauis adytis occultebar. Quippe per quadringētia ferme anozꝛ militia illic reuerēti obseruatiue deitui. Atque utinam ꝑꝑst diluuialis cōsternatiōis excurit in Athenazꝛ que urbem lēga iter capedine restitutam. Nulla me in gracia terre it res illecebra. Nec iactantes crinitozꝛ scopas palliolos non regēdam potius q̄ diuulganda cognouissent. Nunqꝛ ꝑꝑfecto itineris ratiōes: reditusq; uestri in notitiam: ac mortalium curazꝛ illuuiē peruēirent. Sꝛ quoniam utcūq; in graciā notitiā hoiuzꝛ errabūda perueni: sufficeꝛ oportuit: qꝛ qꝛd ab Heratosthene: Ptolomao: Hypparcho: ceterisq; uulgatum. Ne me ultra loquendi necessitas ingrūatet. Tamē quia me alumnantis erudiētisq; Cyllenii reticēꝛ non permittit officium: nriqꝛ studi secreta disculder. Sollertia quoq; nubentis inuitat. Apud uos superi caelestiq; qui uestra recensēbitis metacula: non tacebo:

### De Mundo.

Mundus igꝛ ex quatuor elementis: iisdemque totis in spara modum globatus: Terrā in medio: imoq; defixam aeternis cali raptibus circūcurrens circulari quadaꝛ rōne discriminat. Quae qꝛ auscultare physicis in ipso astruendi limine nō dedigner: qꝛ subtiliū corporum teneritudinem suis coactibus circūduētam in quasdam seclat uias. & circuloꝛ intercapedines non aestimat disparari: Sed suis fluctibus adhaerentes naturas undiq; secus globofo ambitu orbibusq; diffundi: Quazꝛ circa medium: quod dixerꝛ centron: aqua primūm aerisq; sequens: Tertiū ignis Cyma cōmemorat: Et tunc quinto quodam corporea substantia temperamento athereos circūuolare fulgores. Quo loco solis ac lunae ac syderꝛ signiferiq; orbis se obliquitas circūducit. qꝛ Cido: Foreticus: Cyma gymnasia retulerūt.

## OCTAVVS

Cuius naturæ tranquillitas etiam illum extimum tenet: ambitore  
que cursum: qui ex eo q̄ nullis syderibus occulat: ἀνατρος per  
hibetur. Si igitur sui similis omnis circūagentium naturæ ambitus  
reperitur: nulli possunt atherum tractum circuli uariar. Nos igitur  
circulos non ita dicemus: ut liquētis naturæ discrimina corpulēta  
fingamus: Sed ut ascensus descēsusq; ad nos erratiū demōstremus.  
Neque. n. uel axē: polosque: quos in Sp̄ra anea: quæ Circite dici/  
tur: ad intelligentiæ cōpendia affixere mortales. Ego robori mūda  
næ rōnis apponā: cui nihil solidius terra sit: q̄ ea; ualeat sustineē.  
Deīde cum poli uel ut perforata exterioris sp̄ræ: cauernis emineāt:  
& hiatus qdā: cardinesq; fingant: Quod utiq; subtilibus athereis /  
que accidere non potuisse cōpetum. Sic ubi igitur intelligentiæ edisser/  
tandiq; pposito uel axem: uel polos: uel circulos perhibebo: Ida ali  
qua tā prudentia: nō diuersitate cali discretā: sed ipaciorū rōnib; dis  
pensetur: Sicq; hēatur: cum euexum: deuexūque mundū dixerō:  
cum similis cūctis suis partibus sit: sublimeturq;: uel lateat pro cō  
ditione orizōtis: positiōeque terrarum.

### De Quinque Paralellis.

Hoc igitur pramonito illud insinuo: q̄ quidā Romanorū non per  
omnia ignarus mei: Stellas a stando: Sydera a considendo: Astra ab  
Astræo dca fuisse cōmēorat: fabulosiq; cōmētis graui cōpleuere ca  
lū. Ego præcepta poti' edisserā disciplinæ: ac decē dici mūdi circulos  
asseuero: Quorū alii paralelli: quos equidistātes latine possum' me/  
morare: eisdē polos hēnt: quos ipse mūdus. Poli. n. sunt: qui a  
centro circuli linea usq; in circūferentia ducta medietatis scētā mē  
surā æqua rōne discriminat.

#### De Primo Paralello.

Vex ex paralellis primus is ē: qui & semper apparens: Et cōtin/  
gens cōfinia Finitoris nunq̄mersus assurgit: qui septētrionalis cir/  
culus perhibet: Ex eo q̄ cu; ceteris: quæ pment: et gemina sydera  
septētriois includit.

#### De Secundo.

Secūdus autē ex paralellis maximus solstitialis ē: ad quē sol asti  
uus accedēs Solstitii sine repull' abscedit.

#### De Tertio.

Terti' æqnoctialis medi' maximusq; cunctorū: per quē sol secū  
do: uel cū i æstiuā flagratiā surgit: uel cū i hyberna descēdit: qua  
dam mundi medietate peruectus mensuraz noctis lucis æqualitate  
compensat.

#### De Quarto.

Huic ppinquus brumalis: i quē hyemali sine perueniēs in aqlo

nem. Denuo rursus affurgit.

De Ultimo.

Quintus at: idēq; ultim<sup>us</sup> australis: Quiq; antarcticus perhibet. Hic merlus: ac uix altiore circuli extremitate orizōtis defixa contingatū tū spacii: q̄ti septentrionalis circulus rōe mōstratur: ei etiaz inuenitur oppositus.

De Coluris.

Cōsequens reor coluros demāre: Quorū pars desuper quadam alia in imo uersat occulta. De quibus nō neicio scriptorū uariā diffinita. Nā alii a septentrionali cardine ī meridianū duci circulum perhibent: Exindeq; sub terras meantē: denuo in arcticū apicem sublimari. Alii uero cōtra a cardine meridiano inchoamenta circuli perhibentes: eundē per arcticū uerticem: unde ort<sup>us</sup> denuo rettulerūt. Qui q̄dem aliū ab ortu circulū decusantes in .iiii. q̄dras mundi ābitu discreuerunt. Vex: ego: qd̄ Hypparchus me<sup>us</sup> scriptorū ueritate cōplex<sup>us</sup>: hos dico a signis zodiaci Cycli uenientes: & tā inter se secūdo cōiunctos: q̄ oēs paralellos angulis aq̄les persecantes in cardines peruenire. Nā unus ab arietis octaua parte natus ābito mundo per polorū uertices ad eandē recurrit. Ali<sup>us</sup> simili cōplexu mundū a Cācro exort<sup>us</sup> includit: qd̄ plani<sup>us</sup> postmodū faciē<sup>us</sup>. De Obliq.

Vex nunc obliq; sunt edicendi: Quorū signifer .xii. discrimibus interstiti<sup>us</sup> ex paralellis duos: solstitiale; brumalēq; cōtingens aq; nocturnalem mediū secat. Secundo nūc ad pares angulos aut findit: aut findit: q̄ soli lunāq; iter prabet cu; .v. syderib<sup>us</sup>. Galaxias uero lacte<sup>us</sup> obliquoꝝ multo maior ābitu porrect<sup>us</sup> ēt uisibus approbatur. Nā cōfinitio septentrionalis circuli nat<sup>us</sup> in finitore; antarcticā regionis acclinās pene totū uidet permeat calam: que; quidem mihi desuper uidentur: qui circulum negauerunt. Superest iā unus e circulis: que; q̄dem: q̄ locis momenti; q; oibus uariat: dubito quid appellem. Hic tamen nouissima supernaq; discriminans: atq; undique in superficiem telluris linea flexu ābientis incūbens: Orizō uel finitor: uel oriens perhibet. Item de Septentrionali circulo.

Sed quonia; expositi circuli breuiter claruerunt. Nunc eorū spacia unde priō cōpera; perhibebo. Ac pri<sup>us</sup> ad Septentrionalis circuli redeā graditatē: In quo mo<sup>do</sup> geometrico duo priō signa cōposui ad circulū perducēdū. i. unū: qd̄ centrō. Aliū: qd̄ Spāra; demāret. Itaq; in ipso mundi cardine posui clarius sydus. Atq; ab eo ad Draconis caput: qd̄ iam notauerā; usq; ad finitoris circulū; peruenire lineam duxi: Quā; postea manente centro mente circūagens circu //

## OCTAVVS

Ium designauit: atq; ab omni parte spatiū æqle cōplexa. Per hac sydera per sparā circūducta peruenit a capite Dracōis & dextro pede eius: q; appellatur Engonasis ad mediū Caphei pectus: tunc ad pedes priores maioris Vrsæ: inde rursus ad Draconis caput.

### De Solstitiali.

Huic circulo cōfinis solstitialis: quē itidē lineari dimēsiōe a cardine mundi in octauā Cancrī partē ducta: quo sol accesserat: solstitio reperimus eundē circulū ambitu potiorē. Per hac tamen signa curuari incipit ab octaua parte Cācri: Cuius oē corpus in lōgitudinem secat ad Leōis pectus ac uentres. Inde ad Ophiuchi humeros. deinde ad caput Cygni. Deinde ad ungulas equi: ac protinus ad dextram Andromadæ manū. Deinde ad sinistru; Persei crus: eiusdem q; sinistꝛæ humerū. Inde ad utraq; Eniochi genua: & proxie ad Geminorū capita: a qbus rursus ad octauam Cancrī ipsius partem.

### Aequinoctialis demū circu-

### De Aequinoctiali.

lum bis admēsus a poli termino circūactus tā in Arietē q; in Librā linea permeante: per hac signa circulus includit. Ab octaua parte Arietis per totū corpus eiusdē ad reductū; tauri pedē. Inde ad mediam Oriōis aluū. Deinde per editas curuatiōes Idri: Crateraq; & Coruū. Ad octauā; Libræ partem inter duas lucidas signi illiꝝ stellas. Inde ad utraq; Ophiuchi genua. Actum per Aglam ad Pegasi caput: a quo rursus ad octauā Arietis partem. De Brumali.

Brumale; uero circulū similiter signo ī octaua Capricorni parte defixo per hac meā cōperimus. Ab octaua parte Capricorni per totū corpus eiꝝ ad pedes Aqrii. Inde ad Cati ultimā caudā: ac dehinc ad Leporem: prioresq; Canicula pedes. Inde per argo: tergusq; Cētauri ad Scorpionis aculeū. deinde per Sagittæ ultimam partem ad octauā Capricorni partē; circulus reuocat. De Antarctico.

Vltimus ex Paralellis: q; uocat Antarcticus tā tūdem spaciū: quā Septentriōalis includit: Quem qdem meantem: qbus syderibus circules: Ego poteram memorare. Neque. n. mihi ulla caelestis globi portio habet incognita. Sed quonia; per ignotas superiores partes uisibus hoīum distenditur: diceiꝝ pratermitto: ne incōperta falsitatem admiscere uideatur assertio.

### Item de Coluris.

Melius Coluros demētemus: l; ipsi quoque aliqd curuationis ab dentes: nō se totos uisibus representent: tamen q; coniectura non erat: poterunt demāri. Atque ita eorū primus: q; ab aequinoctiali par-

te summit atque spicium ab octava Arietis parte contingens ultimū Del  
toros angulū: ac mox summū contingens persei caput: dextrumque  
eius brachiū: proxime manū secans per septentrionalē circulū ad car  
dinem mundi peruēit: A quo per caudam draconis ad sinistram Arcto  
philacof: proximeque ad Bootis stellā ductus: dextram Virginis pedes  
sinistrūque contingit: In quo octava pars libra ē. Vnde ad dextram  
manum Cētauri: qua pātherā tenet: diuisū haud procul ab eo loco:  
quo sinistra cētauri unguā tetigit: in regionē incōspicua nobis par  
tis obruit. unde emerit infra carū per corpus eius: eueritque cerui  
cem ad caput: Atque inde ad octauā partē Arietis redit.

Alter autē Colurus: quod est Tropi / De Tropico.  
cus dicitur: ab octava parte Cancri confurgit ad sinistram ex prioribus Ver  
sa pedē per ipsum pectus eius ceruicēque: Inde ad Cardinē pertuenit  
mundi: Atque inde per clunes minoris Verfa: & bis per draconē ad si  
nistram alā Cygni ceruicēque perductus: ultimū Sagitta spiculum  
& proxime rostrū Aquilae contingit: a qua ad octauā partē Capricorni  
descēdit: Inde haud proculmersus in regionē incōspiciuā: infra Ar  
gonē resurgit: cuius & gubernaculū & rectā puppi secās ad octauā  
partem Cancri redit.

De Signifero.

Duos iam superēe circulos dubiū non hētur: quos quidē obliquos  
dici superius mēorauī: quorum un⁹ Signifer: nō ut ceteri: quos lineali  
ter feci: Sed latissimus oium cōprobat: Quē cū in .xii. spacia discer  
nerem: singulis .xxx. partes: nō nescia rōnis ascripsi. Verū eius lati  
tudine circuli tetēdi in .xii. portiones: ut tantūdem spaciū hēat latitu  
do quātū lōgitudini .xii. partes attribuūt: Quod cū factū sit: facile  
ē: loco eo: quo de Sole loquor: demāre: Qui per mediā circuli  
eiusdē lineam solus fert: Cuius circuli ambitū per .xii. signa admo  
dū clara circūagi dubiū nō habet. Nā Galaxias non magis rōne quā  
oculis approbat: Cuius ultra regulā: & plerūque deficiens latitudo  
a Cassiopeae astro in Scorpiōis aculeum latitudine compensatur.

De Horizonte.

Superest circulus solus finitor: quod ex eo quod semper surgētis de mean  
tisque mundi diuersitatibus uariet: certū astroꝝ ordinem non po  
terit retinere.

Quid sit spaciū inter circulos.

Iam nunc inter circulos uniuersos quod interstitiū: uel spaciū interca  
pedo naturalis immerferit: aequum explicare. Nā inter Septētriona  
lem circulū: quē in spacia .viii. resecavi: & inter solstitialē interpa



## OCTAVVS

tes tantū dē q̄tū inter est inter .viii. & .vi. Nā idēz interiectus spaciis  
 similibus continet. In quo fit: ut maior sit circulus ab eodē interie  
 ctu pari spacio: & eiusdē tertia portione. Alia intercapedo inter sol/  
 stitiale & equinoctiale q̄z circulos minor est a superiore interiectu q̄/  
 tū .iiii. nūeri ad .vi. Ab equinoctiali ad brumalez similis. A brumali  
 aut ad austrinū talis ē: q̄lis illa: qua inter septentrionalē solstitialē/  
 que circulos interiecta: circulusq̄z ipse austrinus tantū hēt ad car/  
 dinem suū: q̄tū septentrionalis ostendit. De Fixis signis.

Peracta iā spaciōz circuloꝝ que breuiter rōe cetera: qua appel  
 lantur inerrantia: percurramus. Dubium .n. nō est. xxxv. signis oē  
 calū splendet: nisi forte uelit q̄sque eoz gestamina sociare: l; aīa  
 lium uocabulis censeant: ut Capra: qua Eniocho superposita: aut  
 hēdos: q̄ eius hūeris sustinent: uel serpentē: quez ophiuch<sup>9</sup> tenet.  
 Aut Pantheraz: qua centaur<sup>9</sup> gestat: qua sydera uelut partes hūda  
 sunt potioꝝ. Hęc igr̄ q̄nq; & triginta signa circuli interiacētis am/  
 bitu discernunt. Nā alia sunt Aqlonia: alia Austrina. Regione q̄p/  
 pe zodiaci: qua Septentriones uersus depicta sunt: Aqlōia perhibē  
 tur. Interius at nūeranē austrina. Aqlonis igr̄ hēt partē utraq; Se  
 ptenrio Draco: q̄ inter utraq; flexuosus illabit. Arctur<sup>9</sup>: quem  
 alii Bootē appellant. Corona Ariadnes: Nisusq; quem alii Engo/  
 nasin dicunt. Lyra. Cygnus. Capheus. Cassiopea. Perseus. Delto/  
 ton. Eniochus. Andromada. Pegasus. Ophiuchus. Delphin<sup>9</sup>. Aq  
 la. Sagitta. Austrina aut hęc sunt. Idrus. Crater. Coruu<sup>9</sup>. Pro  
 chion. Orion. Canicula. Lepus. Eridanus. Qui ab Oriōis pede de  
 fluit. Coetus. Centaurus. Nauis. Argo. Piscis austrinus. Ara. Naz  
 & Aquā: qua ex crater Aquarii fluit: meli<sup>9</sup> partē signi credimus.  
 Et stellā: quam qdā Canopū: qdam ptolemaū appellant: qua su/  
 perioribus incōspicua in cōfinio Alexandria incipit appareri: ut par  
 tem Eridani flumis extimabo. Hęc discernit zodiacus: q̄ qdēz aq̄  
 les. xii. signoz integrat portioēs: Sed. xi. hēt signa. Scorpius. n. tam  
 suū spatiū corpore: q̄ Chelis occupat Librā: Cuius superiorez par  
 tem pedes Virgīs occupāt. Maiorē uero scorpi<sup>9</sup>: deniq; chelas: qua  
 Librā dicim<sup>9</sup>: qdā dixere graii. Horz ergo signoz. xii. noīa: q̄ uul/  
 go nota sūt: pratermitto. Quod diuersis circulis distribuant quo

Intelligo ordinis hoc fuisse: ut runda partes signoz.  
 quo circulo: spacioue: qua signa sunt: demitatez: S; & magnam par  
 tem astruētōis exgrit cōtra ppositū breuitatis. Et q̄ mediaten<sup>9</sup> ter

tra ue parte: quaedam signa defixis circulis diuersis sua membra dis  
crepant. Hanc obscura caliginē derelinquo. Quippe ut cetera tran  
seam. Manus interior Arcturi intra septentrionalē circulū ponit  
Reliquūq; corpus parti alterius deputat. Caphei corpus mediate  
nus septentrionali thorace partito: & diuersis circulis attributo. Ni  
sus uero sinistro pede septentrionalis dracōis uerticē calcans capite  
solstitialē circulū ascendit: unū brachiū Lyra: alter dans coronā  
& alia huiusmodi non minus insuauia q̄ morosa.

Quibus signis surgentibus: quae oriuntur: quae occidunt.

Illud potius attendendū: quibus surgentibus signis: quae ortū faciāt  
occidantq;. Nam oriēte cancro occidunt Corona Ariadnes. & austra  
lis piscis pars dimidia: ophiuchus a pedibus usq; hūeros: serpensq;  
quē detinet prater fauces caputque totum: Bootis ē et medietas. Ori  
untur uero Oriō totus Eridaniq; principiū: & in lingua canicu  
la lucida stella. Cū autē Leo orit: coronā reliqua contegunt. Au  
strinusq; piscis & Ophiuchi serpētis: Bootisque partes. Itēque Aq  
ila Nisiq; pars dextra. Oriuntur uero Idri caput: Lepus & Prochion  
Caniculaq; pars prima. Oriente autē Virgine occidūt Lyra. Delfi  
nus: Sagitta Cygni q; pars potior: Eridaniq; pars ultima. Et caput  
ceruicisq; Pegasi. Oriuntur autem Idri pars prior usq; ad Craterem  
Caniculaq; tota. & Nauis Argōis: Puppis. Libra surgēte occidūt  
pegasi & cygni reliqua portiones: Andromadaq; caput: Caphei que  
humeri. Cetus & flexus fluminis Eridani. Oriuntur coronā medie  
tata: Nisi dexter pes: & Bootes: & Idri reliquū prater ultimā caudā  
cētaurūq; pars: quae in eq̄ spēm figurat. Scorpione autē nascente  
occidūt Andromada pars reliqua. Item Caphei pars: quae extra se  
ptentrionalē circulū posita: & Cassiopea: & Orionis pars: Eode  
tempore oriuntur Ariadnes coronā tota & caput Eniochi: Nisiq;  
corpus omne prater sinistram manū. Idri caudā ultima: & Centau  
rus totus prater priores pedes. Sagittario nascente mergitur orio  
& canicula: & Eniochi pedes. Oriuntur uero totus ophiuchus & Nisi  
sinistra manus: & Lyra & Caphei caput: humerique: & centauri pe  
des priores. Capricorno oriente occidunt Eniochus totus: & ei  
capra hadique. Persei pars sinistra: & Argonis puppis: & prochion.  
Inuicē oriuntur Cygnus & Aquila: & Sagitta: & altariū. Aqua  
rio oriente occidunt Centauri pars equina: Idri caput: Oritur &

## OCTAVVS

equus pegasus. Piscibus ortus occidunt. Idrus totus: & centauri pars reliqua: & crater. Præterea oriuntur Andromada pars dextra: & piscis austerinus. Arietis signo surgente occidunt pedes cætauri & alatiuum. oriuntur uero Andromada sinistra pars & persei caput usque ad aluum & Deltoton. Signo Tauri oriente occidunt Bootis pedes: ophiuch<sup>9</sup> a pedibus ad genua usque. oriuntur autem Ceti pars reliqua & sinister orionis pes.

Quibus temporibus orientur aut occidunt.

Temporum quoque ipsorum: quibus orientur: aut occidunt: habenda distantia est. Nam quæ transuersa orientur: & recte occidunt: celeriores ortus habent quæ occasus. Contra autem: quæ recte orientur: & transuersa conduntur: tardius orientur. Nam Cancri signum recte oritur: inclinatumque mesatur. I; hoc in capricorno parua inflexione curuet. Oritur autem duabus horis: & duodecima parte horæ. & hora occidit: ac deince minima in isto distantia est.

Leo autem oritur duabus horis & tertia parte horæ. occidit uero hora semis & sexta parte horæ. Virgo oritur horis duabus & dimidia & sexta parte horæ. occiditque hora & tertia parte. Similiter Libra. At Scorpius diminuit ortum: & auget occasum. oritur enim horis duabus & tertia parte: occidit hora semis & sexta parte horæ. At Sagittarius oritur horis duabus: & duodecima parte horæ: occidit & deince horæ. At inuicem quæ transuersa orientur: & recte occidunt: breuiiores ortus occupant quæ occasus. Denique ex his est signum Capricorni: quod oritur hora & deince. occidit duabus horis & duodecima parte horæ. Aquarii uero proximum signum oritur hora & dimidia & sexta parte horæ. Occidit horis duabus: & tertia parte horæ. Sequens hos piscium signum oritur hora & tertia parte horæ. occidit duabus horis & dimidia & sexta hora parte. Eandem mensuram Aries utriusque temporis seruat. Taurus oritur hora & dimidia & sexta parte horæ. occidit duabus horis & tertia parte horæ.

At Gemini orientur hora & deince. Occidunt duabus horis & duodecima parte horæ.

Quod pro diuersitate Signorum dierum notandumque fiat Inæqualitas.

Hæc est Inæqualitas: quæ dies spacia nostri quoque discriminat. Nam cum solis lumē eorum signorum principium: quæ tardi<sup>9</sup> orientur: ingredis: dum

## LIBER

